



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Cvrsvs Theologici ...**

Ea Brevitate Conscriptus, Qvam Tot Tantarvmqve Rervm Amplitudo Et  
Varietas Patitvr ...

Quas Prima Pars Et Prima Secundæ Divi Thomæ Complectvntvr -  
Qvæstiones Insvper Ad Mores & praxim spectantes, quæ peculiarem cum  
Scholasticis habent connexionem, declarantur

**Carleton, Thomas Compton**

**Leodii, 1659**

Dispvatio CXIII. De neceßitate gratiæ.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13718**

## DISPUTATIO CXIII.

*De necessitate gratiae.*

**V**MANÆ naturæ imbecillitatem, quamque exiguae ejus sint ad recte operandum, virtutemque exercendam vires declaravimus. Ad ejus proinde inopiam infirmitatemque sublevandam Deus auxilium ei supernaturale providit, cuius ope se supra se elevet, nec humi amplius repat, sed quicquid intra naturæ limites est transcendentis, operationes cælo eternaque beatitudine dignas eliciat. Hac ergo Disputatione quanta eximii hujus doni necessitas fit explicabimus, prius tamen qui gratie hostes, qualisque olim circa eam errores fuerint exponemus.

## SECTIO PRIMA.

*Pelagianorum & Semipelagianorum errores circa gratiam.*

I.  
Divinam  
gratiā im-  
pugnauit  
Pelagius,  
& semipe-  
lagiani.

**D**IVINÆ gratiae præstantiam ac necessitatem ex Christianis primus impugnauit Pelagius, cui ex parte adhaerunt Semipelagiani. seu Pelagianorum, ut auct. reliquiæ, qui licet gratiam penitus non fusterint ut Pelagius, minus tamen dignè de eadem fenserunt, ut eorum recentris erroribus confabuit.

II.  
Dicebat in-  
primis Pela-  
gius mortem  
non esse pe-  
nam peccati.

Item Adami  
peccatum il-  
li sibi aiebat  
non esse, non  
posters,

Gratiā  
omnem, a-  
busū super  
naturales  
negabat.

III.  
Quid gratia  
nomine in-  
telligebat  
Pelagius.

Agnoscet  
gratiā legi  
& doctrinā.

Varii itaque fuerunt Pelagi errores, quos inter alios refert S. Augustinus præcipue Epist. 106. ac 107. & habentur in actis Concilii Palæstini, & latissimæ à Patre Vasquez in fine primæ 2.æ. Suarez Prolegomeno sexto, cap. tertio, & alijs. Aiebat primò mortem non fuisse penam peccati, sed primum hominem ab initio creatum fuisse mortalem. Secundò Adami peccatum afferebat illi soli no-  
cuisse, nec quidquam inde detrimenti in posteris esse derivatum. Instante proinde omnes in eo statu nasci affirmabat, in quo primò creatus est primus parens, coquæ, licet sine baptismo è vitâ de-  
cedant, vitam aeternam obtinere posse. Tertiò gratiam, non habitualem tantum, sed actualē etiam omnem, actusque supernaturales negasse vi-  
detur: nullam denique dari operationem aiebat, naturales vires excedentem, quaque solius liberi arbitrii virtute exerceri nequeat.

Omnia proinde natura, gratia nihil tribuebat: & quamvis gratiam aliquam agnoscere tandem co-  
geretur, per gratiam tamen aliud nihil, quam na-  
turales hominis potentias, liberumque ipsum ar-  
bitrium, nobis à Deo gratis concessum intellige-  
bat, ut hac ratione voce tenus gratiam agnoscendo, Patrum in se censuras eluderet. Gratiam etiam legis & doctrinæ admitebat. Christum præterea magnam esse gratiam hominibus à Deo præstatam dicebat, gratiam verò omnem peculiarem sive inter-  
nām, sive externām auxiliariet negabat. Imò nec concursum etiam ipsum Dei generalem agno-

visse à multis creditur, hoc enim sonare videtur decima illus propositio ibidem relata, quæ sic habet: Non est liberum arbitrium, si Dei indiget anx-  
lio, quoniam in propriâ voluntate habet unusquisque sum Deige-  
facere aliquid, vel non facere. Hui sunt errores Pela-  
gi quos hic breviter adnotasse oportuit, alia enim plurima ei in Concilio illo Palæstino seu Diöspoli-  
tano objiciebantur, quæ illic referre nostra in  
præsentis non interest.

Dum in hos Pelagi errores acriter invehererur IV.  
S. Augustinus, & præstantiam gratiae, ejusque ne-  
cessitatem extolleret, huic ejus doctrina opposue-  
runt se nonnulli, pii alioquin & catholici, magnal-  
que in Ecclesiâ turbas concitaverunt. Hi itaque, se-  
licet veram gratiam non negarent, imò necessaria-  
riam eam ad salutem non facilius tantum (ut tan-  
dem fateri visus est Pelagius) sed simpliciter con-  
sequendam esse dicerent, hujus tamen collationem gratiā  
in actus quosdam solis arbitrii viribus elicitos, tan-  
quam in causam illius meritoriam refundebant, sic-  
que tandem naturæ tanquam radici totum tribue-  
bant. De hoc illorum errore sic scribit S. Augu-  
stinus Epist. 105. iam conclamantium religiosorum, nos.  
& priorum vocibus preſi, ita faciunt ad habendum,  
vel faciendam justitiam divinitus hominem juvari, ut  
sui præcedat aliquid meriti &c. suo putantes preire  
merito illum, de quo audimus, quis prior dedit illi, &  
retribuetur ei.

Hi itaque, esto ad justificationem perfectam, ad V.  
progediendum in virtutibus, ad salutem denique Pelagi er-  
reorū ex  
consequendam, necessariam esse gratiam affererent,  
in quo ex parte mitigabant errorem Pelagi, qui  
homines solis liberi arbitrii viribus postea actus  
quosque meritoria elicere aiebat, & vitam aeternam  
consequi, dicebant nihilominus ad primam  
etiam gratiam sive excitantem, sive cooperantem  
in nobis præcedere inchoationem quandam, vel  
in quoniam inchoatis-  
tem illam  
fuerunt.  
desiderium salutis, orationem humanam, aut alium  
bonum usum liberi arbitrii. Quoad parvulos vero,  
in quibus nulla onus erant opera bona, dice-  
bant alios remedium peccati originalis habere, &  
salutem

## Semipelagianorum errores circa gratiam. Sect. II. 503

*Quia eorum  
fuerit circa  
parvulos  
opinie.*

**VI.**  
*Huius Semi-  
pelagianoru-  
m erroris pra-  
eipus de-  
fensor fuit  
Cassianus.*

*Vnde dicti  
Semipelagi-  
ani.*

*Cassianus  
non est con-  
fendus heret-  
icus.*

**VII.**  
*Cassiani er-  
ror damnata-  
tus fuit in  
Concilio Arau-  
siano.*

**VIII.**  
*Erravit  
Cornel. Jan-  
senius circa  
hanc Semi-  
pelagianoru-  
m heresim.*

Hinc constat errasse Cornelium Jansenium, dum diceret, Semipelagiani admittebant prævenientis gratia interioris necessitatem ad singulos actus, etiam ad vitium Fidei, & in hoc erant haeretici, quod vellent eam gratiam, talem esse, cui posset humana voluntas resiliere, vel obtemperare. Nil tam opus hujus impugnationi erroris diutius insistere, cum Apostolicae sedis calculo sit rejectus, & anathemate percutitus; illam namque propositionem Innocentius decimus, qui ad Ecclesie clavum tunc sedebat, *Falsam & hereticam declaravit*, & uti talem dannavit.

### SECTIO SECUNDA.

#### De necessitate gratiae ad opus bonum morale.

**I.**  
*Nihil omni-  
no agere po-  
test homo si-  
ne Dei auxi-  
lio.*

**D**uo hic in primis supponenda: primum est, in nullo omnino statu, ne quidem naturæ integræ, potuisse hominem bonum aliquod opus exercere sine auxilio, seu concursu Dei. Hoc contra Durandum & Dolam latè probavi Disp. 28. & 29. Phys. ubi ostendi Deum, non virtutem tantum in actu primò operatricem rebus omnibus conferre, sed cum iis etiam ad singulas earum actiones immediate & proximè concurrere, & sine hoc Dei auxilio, nil planè fieri posse.

**II.**  
*Certum est  
hominem  
opus nullum  
supernatu-  
rale facere  
posse sine  
gratia.*

Secundo tanquam certum supponendum, hominem in nullo etiam statu posse ullum bonum supernaturale, seu virtutis infusæ, sine gratiâ & peculiaři Dei auxilio operari: ita S. Thomas I. 2. q. 109. art. 2. nec ullus haec tenus Doctorum inventus est, qui oppositum aperte docuerit, nec citra gravem errorem doceri à quoquam potest.

**III.**  
*Prima non  
nullorum  
sententia af-  
firmat nullum  
omnino*

Auctores ergo aliqui ita necessariam Dei gratiam existimant, ut nullum omnino opus, non supernaturale tantum, sed nec virtutis etiam moralis, sine gratiâ per Christum fieri posse affirment: ita in primis Vasquez I. 2. d. 190. ubi fusissime hanc

sententiam defendit, & pro eadem plures auctores *opus bonum  
morale fieri  
possunt  
tamen per Chri-  
stum.*

Principius erroris hujus defensor fuit Cassianus, licet & inter errores Pelagii obiter referatur. Quamvis autem nonnulli Cassianum excusare contentur, frustra tamen, ut latè ostendit Suarez Prolegomeno quintò, cap. 5. num. 6. & sequentibus, cum non obiter tantum hoc affligerit, sed multa in illius defensione scriperit. Qui ergo hac incedebant via, Semipelagiani vocabantur, quod ex parte tantum Pelagio adhaerent, nec gratiam ad omnem meritum, sed ad primum tantum necessariam esse negaverint. Etsi vero erraverit Cassianus, & occasionem etiam huic errori dederit, in quem proinde accrimè investitus est S. Prosper in libro contra eum edito, quem inscripti contra collatorem, haereticus tamen confendus non est, cum eo tempore quo hoc ipse afferebat, nulla contra hanc doctrinam lata adhuc esset censura ab Ecclesiâ.

Hic tamen error postea damnatus est in Concilio Arausiano in Gallia, quod licet provinciale tantum fuerit, nec postea à lumino Pontifice confirmatum, ejus tamen canones censentur infallibiliter Fidei veritatem continere eo quod approbatione antecedente à Pontifice essent confundati, & à Patribus illis non tam conditi, quam promulgati.

Hinc constat errasse Cornelium Jansenium, dum diceret, Semipelagiani admittebant prævenientis gratia interioris necessitatem ad singulos actus, etiam ad vitium Fidei, & in hoc erant haeretici, quod vellent eam gratiam, talem esse, cui posset humana voluntas resiliere, vel obtemperare.

Nil tam opus hujus impugnationi erroris diutius insistere, cum Apostolicae sedis calculo sit rejectus,

& anathemate percutitus; illam namque propositionem Innocentius decimus, qui ad Ecclesie clavum tunc sedebat, *Falsam & hereticam declaravit*, & uti talem damnavit.

Probat primò sententiam suam Vasquez ex Scripturâ: dicunt enim Christus Joannis 15. v. 5. *Sine Frustra con-  
me nihil potest facere: item I. ad Corinth. 4. v. 7.  
tendit Vas-  
quez hanc  
sententiam  
deinde 2. ad Corinth. 3. v. 5. Non quod sufficiens  
probare ex  
sumus cogitare aliquid ex nobis, quasi ex nobis, sed suffi-  
cientia nostra ex Deo est, & similia multa passim re-  
periuntur in Scripturâ, quæ hanc sententiam sua-  
dere videntur. Sed contra primò: hæc enim pro-  
barent contra Vasquez homines ne opus quidem  
aliud indifferens sine gratiâ per Christum exer-  
cere posse. Contra secundò: nam hinc etiam se-  
queretur, non cogitationem tantum congruam,  
seu efficacem, ut contendit Vasquez, sed nec inef-  
ficacem, seu sufficientem haberi sine gratiâ per  
Christum, cum juxta hunc locum Apostoli, etiam  
sufficientia nostra ex Deo sit.*

Respondet itaque in his & similibus locutio-  
nibus non esse sententiam, nihil omnino posse nos  
sine speciali Dei auxilio, seu peculiari gratia pra-  
stare, sed solum nihil posse spectans ad veram pie-  
tatem, seu conducens ad vitam æternam, & super-  
naturalē beatitudinem consequendam: quo sensu  
dicit Apostolus I. ad Corinth. 12. v. 3. *Nemo po-  
test dicere Dominus Iesus nisi in Spiritu sancto, hoc est  
meritorie & prout oportet ad obtinendam salu-  
tem; nam si merito loquamus de potestate illud seu  
aliud dicendi, certum est possit quemvis cum con-  
cursu generali Dei id vel aliud dicere absque spe-  
ciali auxilio. Unde Concilium Tridentinum sel. 6. *Idem tradit  
Concilium  
Tridentinum  
& Arau-  
sianum.**

Scriptura  
tantum do-  
cet, nihil fa-  
cere hominē  
posse condu-  
cens ad vi-  
tae æternam  
sine gratiâ.

can. 3. de his rebus loquens neminem ait quid-

quam boni præstare posse sicut oportet sine gratiâ &

Spiritus sancti inspiratione. Eandem particulam

adhibet Concilium Arausianum, & can. 7. affir-

mat neminem quidquam boni per naturæ vigorem

præstare aut cogitare posse, non simpliciter & ab-

solutè, sed nihil boni quod ad vita æterna salutem per-

met, seu ut expedit.

Qua etiam ratione intelligendi sunt sancti Pa-  
tres, dum dicunt, nihil nos agere sine Deo, id est  
nihil spectans ad verum Dei cultum, & opera pie-  
tatis, vel ad salutem consequendam: quas particu-  
las restringentes addunt ipsi interdum, quod ex-  
pressè facit S. Augustinus lib. de gratiâ Christi, de  
bono perseverantia, & alibi; & licet eas non ad-  
derent, secundum subjectam tamen materiam hoc  
modo intelligi deberent, cum hæc esset questio  
inter ipsos tunc & Pelagium ac Semipelagianos

*Quamamof-  
let quidquid  
inter Patres  
& Pelagium  
tunc contra-  
versa.*

controversia, utpote qui dicebant posse homines,

vel omnia vel aliquid saltane meritorium, & ad vi-

tam æternam obtinendam conducens sine peculiari

Dei auxilio præstare; quod negant Patres. Quare

in Concilio Diopolitano coegerunt Pelagium

propositionem illam retractare, qua negabat ad

singulos actus necessarium esse Dei adjutorium,

nempe ad singulos actus de quibus ibi erat sermo:

nisi forte quis subinde intelligere eos velit de con-

cursu generali, quem etiam, ut diximus, multi pu-

tant Pelagium negasse.

Tandem ad id quod tantopere urget Vasquez,

Patres dum

docēs homi-

nem

IV.

V.

VI.

VII.

Quid velint

Patres dum

docēs homi-

nem

*rem sibi re-  
latum nibi  
nihil habere nisi peccatum & mendacium, item in  
infidelibus nullum reperiri bonum, non esse in iis  
veras virtutes &c. Ad hoc, inquam, & alia hujus-  
modi dici potest primò S. Augustinum hoc solum  
velle regulariter loquendo, quod tamen non impedi-  
tum quo minus interdum bonum aliquod opus mor-  
ale, & quod peccatum non sit, etiam in infidelibus,  
& sine peculiari Dei auxilio reperiatur; alio-  
qui nec opus ullum indifferens elicerent contra  
ipsum Vasquez, ut supra diximus.*

## VIII.

*Afferit S. Au-  
gustinus in  
fideles in-  
terdum ope-  
ra aliqua  
bona mora-  
lia exercere.*

Quod vero hac sit mens sancti Augustini suadetur primò; ipse enim aliquando affirmat de fidelibus in peccato existentibus, quos tamen non negat. S. Augustinus bonos aliquos actus elicere. Deinde libro de spiritu & litera cap. 27. de infidelibus dicit, *Si eorum opera discutantur, quo fine-  
siant, vix inveniatur, qua ratione veram laudem iusti-  
tiae mereantur.* Alibi etiam, ut Epistola 30. & libro de patientia, veras aliquas virtutes morales in infidelibus, schismatis & hereticis agnoscit.

## IX.

*Alia Sancto-  
rum Patrum  
explicatio,  
dum afferre  
revidetur,  
hominem si-  
incursurum:  
quæ explicatio ex eo fuadetur, quod  
ne gratia  
nihil facere,  
quod non sit  
peccatum.*

Secundò & probabilitate dici potest, S. Augustinus & Patres non de singulis actibus loqui, sed de toto decurso vita, seu de statu peccati & mendacii, ita ut sensus sit, hominem sibi relictum, revidetur, statum peccati & erroris seu mendacii infallibiliter hominem si incursurum: quæ explicatio ex eo fuadetur, quod sanctus Augustinus loqui videatur de peccato mortali; libro enim 2. de peccatorum meritis & remissione ait voluntatem, quæ non est à Deo, non solum esse malam, sed etiam pessimam, cùm tamen Catholicici negent hominem, quando operatur sine gratia, peccare semper mortaliter: sic dicitur scientia legis sine gratia non parere iustitiam, sed superbie inflationem, non tamē ita ut in singulis actibus quis committat peccatum superbie, sed quod tandem saltē inflabit, & ducet in elationem. At de mente Patrum & Concil. plura sententia quartā, quintā, & septimā.

## SECTIO TERTIA.

Alia argumenta contendentia ad  
opus bonum morale requiri  
semper gratiam.

I.  
*Obj. Homi-  
nes ad opera  
bona mora-  
lia petere à  
Deo auxi-  
lium.*

S E C U N D O arguit Vasquez & alii: homines namque auxiliū ad Deo petunt ad opera bona moralia excedenda, ergo indigent ad illa gratia per Christum, cùm ex oratione arguatur illius necessitas. Confirmatur: gratias enim pro hujusmodi Deo agimus, ergo non sunt naturæ debita, ergo gratia.

II.  
*Resp. pro re-  
bus merita  
naturalibus  
orare fre-  
quenter ho-  
mines, &  
De gratias  
agere.*

Sed contrà: frequenter enim homines pro plurimis orant, pro scientiis & aliis hujusmodi, & pro iisdem gratias Deo similiter agunt, sicut pro creatione etiam & conservatione, & tamen auctores hujus sententiae non dicent hæc & hujusmodi esse propriæ gratiam per Christum, sed ad summum beneficium aliquod liberalius in codem ordine, nobis hic & nunc non debitum, pro quo proinde utiliter oratur, & gratia jure referuntur. Ad hoc autem ut si propriæ gratia, debet simpliciter nostras vires excedere, & non solum hac vel illa vice: hoc vero non facit auxiliū congruum ad aliquod opus morale, aliquando faciendum, nec quicquam petit, ut Deus multorum annorum spatio cuiquam semel auxiliū congruum concedat, ad unum aliquod opus bonum morale faciendum, cùm nihilominus

*Quid requi-  
rat ut ali-  
quid verè  
propriè cen-  
tentia gra-  
tia.*

non facit auxiliū congruum ad aliquod opus morale, aliquando faciendum, nec quicquam petit, ut Deus multorum annorum spatio cuiquam semel auxiliū congruum concedat, ad unum aliquod opus bonum morale faciendum, cùm nihilominus

orient homines frequenter, ut Deus vel semel in vitâ peccatori veram concedat penitentiam; ergo alio modo censetur gratia hoc auxilium quām præcedens.

Arguit tertio: hinc sequi, posse nos gloriari in nobis, & non in Deo, quod tanquam inconveniens inferebant Patres contra Pelagium. Negatur sequela, nec enim in ingenio, pulchritudine, robo, scientiis, & aliis, tum animæ tum corporis dotibus gloriari possunt homines, nisi in Domino creatori & conservatore, cùm tamen haec non sint gratia per Christum. Circa Pelagium vero solum improbabant Patres, quod ex ipsius doctrinâ sequeretur posse homines in se gloriari de aliquo ad beatitudinem supernaturalem, seu vitam æternam spestante.

Secundò, ita gloriari dicebat posse hominem Pelagius, quasi per se solum & vires suas sine ullo concurru, etiam generali Dei posset operationem quamcumque exercere; hoc namque innuit verba ejus à sancto Hieronymo relata in Epistola hac de re scriptâ ad Ctesiphontem, ubi de Pelagio scribit: *Audite queso audite sacrilegum: si, inquit, volueris curvare digitum, movere manum, federe, sta-  
re, ambulare, discurrere, spuma jactare &c. Semper mihi auxiliū Dei necessarium erit?* Cui ejus interrogatio respondet S. Hieronymus: *Audi ingrate, imo sacrilege Apostolum prime ad Corinthios primo di-  
centem, sive mandacatis sive aliud quid agitis omnia in nomine Dei agite.*

Arguit Vasquez quintò: nullum opus bonum, V.  
etiam morale fieri potest sine cogitatione & auxilio congruo, seu efficace, ut est manifestum, cùm ipso factò quod opus perficiatur, auxiliū sit efficaç, sed omnis cogitatio congrua est speciale Dei auxiliū, & gratia per Christum; potiusq; enim Deus sine ullâ vi rebus illatâ, ita eas disponere, ut hæc cogitatio illi homini hic & nunc non obveniat, sed alia quæ effectum non habuissent. Cùm ergo hoc semper possit Deus, cogitatio omnis congrua est peculiare ejus beneficium, & gratia per Christum, quod à fortiori dicendum videtur, si non per dispositionem causarum longâ serie sibi succendentium, hæc cogitatio ministerio sensum, ut plerumque sit, illi contingat, sed à Deo immediate immittatur. Confirmatur: nam, inquit ipse, Adamus peccando, non gratiam tantum & iustitiam originalem sibi & posteris amisit, sed omnem omnino gratiā, & cogitationes congruas ad bonum ac fieri incongruarum iis meruit, quas proinde & non alias, sibi relinquenter haberent. Christus vero cogitationes congruas iis iterum per merita sua obtinuit, qua propterea, gratia per Christum non immerito censentur. Hoc est præcipuum fundamentum sententiae Patris Vasquez, quod quam vim habeat, apparebit ex sequentibus, præcipue sc̄t. 7. num. secundo.

## SECTIO QUARTA.

Sententia negans necessariam esse  
gratiā per Christum ad opus  
bonum morale.

O PINIONEM gratiae necessitatem ad omne I.  
opus bonum morale statuentem cum totâ Contraria  
sua probabilitate proposui, ejusque præcipua ar- sententia &  
gumenta dissolvi: restat ergo modo, ut opinio- auferentia  
nem etiam contrariam, quæ & auctoritatem numero & ratione  
superior.

& argumen-

## De necessitate gratia ad opus bonum morale. Sect. IV. 505

& argumentorum vi ac pondere superior est, refutam, ut utrāque inter se collatā quid hac in re tenendum sit aperiam.

**II.**  
Secunda sententia negat  
ad opus bonum morale  
necessariam esse gratiam  
per Christum.  
  
Secunda itaque & communior multò sententia affirmat, non esse necessariam veram gratiam per Christum, seu sancte inspirationis, ut aiunt, ne illuminationis Spiritus sancti ad opus aliquod bonum morale, sed illud per vires liberi arbitrii exerceri sine hujusmodi adminiculo posse: ita Scotus in 2. d. 28. quaest. unicā, S. Bonaventura art. 2. cap. 3. Durandus, Cajetanus, Medina, Alvarez, & Thomistæ communiter: Bellarminus lib. 5. cap. 9. Suarez lib. 2. de Praefatione, c. 10. & sequentibus, & hic lib. 1. cap. 8. Molina q. 14. art. 13. d. 5. & 6. Tannerus hic, d. 6. q. 3. dub. 3. Gamachæus & alii, & videtur mens divi Thomæ hic, quaest. 109. art. 2.

**III.**  
Ex divinis Literis ostenditur ad opus bonum morale non requiri gratiam.  
  
Probatur primò ex Scripturā: Luca enim 11. v. 13. ait Christus: Si vos cūm stitis mali, nosīs bona data dare filii vestris, ex affectu utique nature, quanto magis Pater vester celestis, &c. Ubi supponitur largitionem illam fuisse honestam, & nihil in se turpidinis continuisse, alioqui nūl mirum, quod exercecerit à malis. Prīmè etiam Petri, cap. 2. v. 18. dicitur: Servi subdati estote Domini, non tantum bonis & modestis, sed etiam discolis; ubi supponit Apostolus, aliquos esse inter Ethnicos, qui solo naturæ ductu bonos subinde actus elicunt.

**IV.**  
Clarē docēre videatur Apostolus, gratiam ad omnia opera bona bonum morale non esse necessariam.  
  
Principia vero hujus rei probatio defumitur ex illo ad Romanos 2. v. 14. ubi sic habet Apostolus: Cum enim Gentes, que legem non habent, naturaliter ea que legis sunt faciunt eusmodi legem non habentes, ipsi sibi sunt lex. Cujus dicti sensus est juxta sanctum Chrysostomum homilia 5. in hunc locum, & S. Augustinum de Spiritu & Literā, cap. 27. licet Gentes non habeant legem scriptam, sicut Judæi, non tamen deest ipsi lex, naturalē quippe legem gerunt menti inscriptam: quod inde probat, quia, inquit, naturaliter, seu ex vi & ductu luminis naturalis nonnulla præstant ex iis, quæ lex præscribit: ac proinde clarum videtur loqui cum de Gentibus necdum conversis, alioqui dici, non posset eas legem non habere, cum haberent legem Evangelicam. Nec alio modo congrue explicari posse videtur vox illa naturaliter, quā per vires naturæ, seu sine adminiculo gratiae, alioqui quidquid modò præstant Christiani, dici possent præstant naturaliter, quod nullus opinor assertet. Alia in hanc rem Scriptura loca videri possunt apud autores citatos, præcipue Stuarium, qui haec copiosissime & eruditissimè prosequitur: hæc pro nostro instituto sufficiant.

**V.**  
Concilium Araucanicum ad illa ratione bona operas gratia per se condicunt ad salutem.  
  
Secundò probatur ex Conciliis, quæ hanc sententiam, vel supposuisse vel docuisse videntur; ita enim loquitur Concilium Araucanicum, can. 6. & 7. ubi gratiam ad opera bona solūm requirit, ut siunt sicut oportet, seu ut conferunt ad salutem: unde can. 6. damnat eos, qui gratiae adjutoriorum subiungunt humilitati, aut obedientie humanæ, seu puris liberi arbitrii viribus elicita; ergo apertere significat dari posse hujusmodi opera moralia & humana sine auxilio gratiae elicita, cum haec ab iis actibus distinguat, quæ siunt cum adjutorio gratiae: & can. 7. dictum illud Christi Joannis 15. verl. 5. Sine me nihil potestis facere; & illud Apostoli 2. ad Corinthios 3. verl. 5. Non quod sufficientes sumus cogitare aliquid à nobis quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex Deo est, in ordine ad illa opera explicat, quæ ad salutem & vitam aeternam sp̄eciant, qualia sunt credere, &c.

R. P. Comptoni Theol. Scholast. Tom. I.

Clarissimum vero hujus rei testimonium videatur Concilii Tridentini less. 6. can. 1. ubi sic loquitur: Si quis dixerit hominem sui operibus, quæ vel per humane nature vires, vel per legis doctrinam siunt, absque divina per IESVM CHRISTVM gratia posse iustificari coram Deo; Anathema sit. Quibus verbis aperte significare videtur Concilium, alias esse operations bonas morales, quæ per solas naturæ vires siunt, proinde recte vocari opera hominis, ut distinguantur ab operibus aliis, quæ siunt per auxilium speciale, & censentur magis opera Dei, cui peculiariter tribuuntur, quam hominis, cum Deus præveniente sua gratia efficaci in nobis faciat ut faciamus.

**VI.**  
Concilium etiam Tridentinum apertere docet posse opera bona moralia sine gratia exerceri.

## SECTIO QUINTA.

Pontificum definitionibus, & auctoritate Patrum ostenditur ad opus bonum morale non esse necessarium gratiam.

**TERTIÒ** hoc idem probatur ex definitionibus Pontificum, qui hanc doctrinam non obscurè tradere videntur. In bullâ itaque Pii V. & Gregorii XIII. contra Michaëlem Baum, prohibetur inter alias hæc propositio, ordine 28. Liberum arbitrium sine gratia, & Dei adjutorio, non gratia nisi ad peccandum valat: & propositio 37. Cum Pelagio sapit, qui boni aliquid naturali, hoc est quod ex naturæ solis viribus ortum dicit, agnoscat. Quæ & aliae propositiones, cum affinitatem aliquam habere videantur cum doctrinâ contraria sententia, & à Pontificibus rejiciantur, ostendunt hanc secundam sententiam ad minimum esse menti Pontificum conformiorem.

Nec satisfacere videtur quod responderet Va- quez, posse liberum arbitrium solis suis viribus elicere opus aliquod indifferens, hoc inquam non satisfac, tum quia non videtur hoc loco mens Pontificum questionem illam in scholis controver- versam decidere, utrum scilicet dari possit actus indifferenti in individuo, & astruere partem affir- mantem, cum communior Theologorum senten- tia sit, hujusmodi actus indifferentes, per se lo- quando repugnare: tum quia 37. propositio rela- ta expressè loquitur de opere aliquo bono, per solas arbitrii vires elicendo, ergo non tamum de indifferenti.

**Quarto** hæc sententia ostenditur ex Patribus, quos hæc refert Suarez citatus, præcipue cap. 7. Et licet circa sanctum Augustinum (de cuius mente præcipua hic est controversia) nonnulla dicta sint lect. 2. Ulterius tamen S. Doctor libro de spiritu & literâ, cap. 37. de Gentilibus loquens per solas arbitrii vires operantibus ait, si eorum opera discutiantur, vix repertum iri illa, quæ iustitia debitam laudem mereantur: Verantamen, inquit ille, quia non usque adeo in animâ humana imago Dei terrenorum affectuum labe detrita est, ut nulla in eâ velut lineamenta extrema remanescant, me- dico dico potest, etiam in ipsâ impietate vita sua facere aliqua legi, &c. ergo aliqua faltem opera moralia agnoscit S. Augustinus per solas nature vires fa- nus, qui Xe- cta: Unde Epistola 130. refert Polemonem nostraris su- quendam Gentilem ab ebrio & luxurioso Xe- honestâ vi- nos fuit ad tem- ronatis Philosophi persuasione fuisse ad tem- perantiam & continentiam servandam conversum, & in hoc

L  
Definire vi- dentur Pon- tifices, posse opera mora- lia fieri sine gratia.

II.  
Non solvitup- hoe argum- tam dicendo lequi Penti- fices de actis indifferentiis.

III.  
Varid' osten- ditur S. Au- gustinu[m] affe- tuisse, posse bona opera moralia fieri sine gratia.

Quid de Po- lemone Gen- tili doceat S. Augus- tinus, qui Xe- cta: Unde Epistola 130. refert Polemonem nostraris su- quendam Gentilem ab ebrio & luxurioso Xe- honestâ vi- nos fuit ad tem- perantiam & continentiam servandam conversum, &

& in hoc factum esse meliorem, licet veri Dei notitiam non haberet: nam, inquit S. Augustinus, Si illum cognoscet & pie coleret, continentia illa non tantum ad hujus vita honestatem sed etiam ad futura immortalitatem illi valueret. Declarat ergo his verbis S. Augustinus, illam Polemionis continentiam & temperantiam verè fuisse bonam & honestam, quamvis non meritoriam, & ad vitam æternam adhesionem conducentem.

IV.

*Clariss. D. Augustini testimoniū quo probatur ad opus bonum morale gratiā non requiri.*

*Quid S. Doctor de antiquis Romanis affirmit.*

Addit in hanc rem S. Augustinus loco suprà citato de spiritu & literâ: *Sicut, inquit, non impeditur à vita aeterna iustum, quedam peccata venialia, fine quibus hac vita non ducitur, sic ad salutem aeternam nil proficit impio aliqua bona opera, fine quibus difficultate vita cuiuslibet peccati hominis inventur. Ubi loquitur, ut patet ex contextu, de operibus naturaliter, seu sine spiritu gratiæ, ex imagine Dei in homine post peccatum relictâ factis, ut clare cernitur ex verbis suprà citatis: hanc autem imaginem vult S. Doctor esse ipsam naturam, & liberum hominis arbitrium. Epistolâ item 5. ad Marcellinum ait antiquos Romanos, licet caruerint vera pietate, quæ eos ad vitam aeternam posset salubri religione perducere, custodisse tamen quandam sui generis probitatem, qua terrena dignitati sufficeret; terrena autem dignitas, ut constat, est finis quidam moralis, & honestus, decens naturam rationalem. Idem docet S. Fulgentius, Hieronymus, Chrysostomus, & alii. Videlicet Suarez lib. 2. de prædestinatione, cap. decimo quarto.*

SECTIO SEXTA.

Ratione probatur fieri sine gratiâ posse bonum opus morale.

*Ostenditur sufficienes in naturâ vires esse ad opera bona moralia exercenda.*

RA TIO verò est primò: licet enim dona naturalia, ut bonum ingenium & alia huiusmodi, ipsum etiam beneficium creationis non improbandâ ratione vocari possit & soleat gratia, ut docent Patres Africani; si tamen sermo sit de gratiâ per Christum, seu propriâ dictâ, non est cur tam requisit quis ad omne opus bonum morale, cùm sufficienes in naturâ & solo libero arbitrio vires sint, ad multa ex iis sine auxilio gratiæ præstanta. Imò in dies videmus, homines, vel propriâ inclinatione, vel aliorum suauis opera quædam mala perpetrare, multis operibus moralibus longè difficultiora: quidni ergo aliquod ex iis, quæ sunt juxta inclinationem naturalem facere etiam quis poterit sine gratiâ.

*Congrua cogitatio non requirit gratiam legi & doctrinae.*

*Quid Concilium Diopolitanum recantare coegerit Pelagium.*

Ratio est secundò: dominum quippe creationis, & alia illud consequentia, ut dispositio causarum, & reliqua inde naturali serie provenientia, idem tam proprie donum censentur, & ejusdem rationis; ergo si dictam, sed congrua aliqua cogitatio sit debita toti collectio ad summum nisi hominum, non potest censeri gratia propriâ dicta, cùm mere ad causas naturales sequatur, vel ad summum requirat gratiam legis & doctrinæ, quæ tamen gratia iuxta Concilium Palæstinum non est gratia propriâ dicta: unde inter duodecim illos articulos, quos Concilium Diopolitanum recantare Pelagium coegerit, hic fuit ordinè septimus, Sufficere, scilicet, ad actus bonos, nempe supernaturales, gratiam legis & doctrinæ. Et sicut mirum videtur, vel in præsenti sine gratiâ per Christum, vel si homines in pura natura crearentur, non posse oratorem aliquem, aut concionatorem ita appositè dicere ad persuadendum, ut

vel unum inter tot millia excitaret ad actum aliquem honestum exercendum. Certe moraliter impossibile videtur, ut alicui faltem ex totâ hominum collectione, congrua subinde cogitatio non occurat, præsertim cùm in multis occasionibus æquæ facile congruae cogitationes existentur, ac incongrue, nisi Deus causas naturales præter earum cursum peculiari modo invertat.

Confirmatur primò: Voluntas petit conservari à Deo conformiter ad suam naturam; ergo sicut ignis petit conservari cum concurso ad comburendum, ascendendum fursum, &c. lapis ad gravitandum, oculus ad videndum, & sic de aliis, ita voluntas ad operandum liberè; ergo connaturaliter petit aliquam cogitationem, per quam exercere possit libertatem, sibi connaturalem, sed non petit determinatè incongruam; ergo si spectetur naturalis illius exigentia, non minus ei debetur cogitatio congrua, quam incongrua; ergo æquè est illi connaturalis, & consequenter censeri nequit gratia propriâ dicta. Confirmatur secundò: sicut non potest connaturaliter semper disponere causas naturales, ut sint monstræ, vel ignis careat debito temperamento, ita multò minus ita eas disponere potest, ut voluntas hominis semper eliciat actus pravos, qui non sunt minora monstra prioribus. Confirmatur tertio: potuisset Deus ita naturales causas disponere, ut multi nec eam naturalem complexionem, aut indolem haberent, nec ingenii præstantiam, quam modò habent, & tamen hæc non censentur gratia per Christum.

Cum ergo congrua cogitatio non sit indebita naturæ, sed ei, faltem indeterminatè debita, non constituit donum aliquod superioris ordinis supra donum creationis, licet aliquando magis censeri donum possit in eodem, ut de bono ingenio & id genus alii beneficiis dici solet. Imò non solùm impossibile moraliter videtur, ut uni alicui homini huiusmodi cogitatio subinde non contingat, sed etiam ut unusquisque intra longum tempus aliquam non habeat, quæ ad illos faltem actus moveat, qui sunt secundum inclinationem naturæ, ut jam ostensum est.

SECTIO SEPTIMA.

Ostenditur ulterius ad opus bonum morale non requiri gratiam.

RA TIO est tertio: haec enim doctrina non satis recedere videtur à doctrina Pelagi, & Massiliensem, cùm à cogitatione planè naturali, & naturæ debitâ, ut ostensum est, inchoari dicant hi auctores nostram salutem: nec potest congrue vocari gratia per Christum, cùm non sit omnino gratia, de qua loquuntur Patres, quando aiunt ad opera bona requiri gratiam per Christum, alioquin hæc gratia sufficeret ad totam seriem salutis, & ad beatitudinem consequendam. Ex quibus sequitur, vel eam gratiam secundum Patres ad omne opus bonum morale requiri, quæ requiritur ad credendum, & alia præstanta prout oportet, quod nemo dicet, vel eam, quæ sufficit ad quodvis opus honestum morale, sufficere ad ista; cùm tamen ubique dicant Patres cogitationem congruam, quæ est gratia per Christum, ejusmodi esse, ut sit extra totam seriem causarum naturalium, iisque planè indebita.

Et per

## De necessitate gratia ad opus bonum morale. Sect. VII. 507

**II.**  
 Adamus  
 peccando,  
 omnem co-  
 gitationem  
 congruam  
 posteris non  
 amisit.

**Cogitatio**  
**congrua in**  
**quibusdam**  
**rebus ab ho-**  
**mini maxi-**  
**mē natura-**  
**latis.**

**III.**  
 Dicendum,  
 ad opus bo-  
 num morale  
 non requiri  
 gratiam per  
 Christum.

**Hoc variis**  
**fandorum**  
**Patrum te-**  
**simonius**  
 probatur.  
  
**Sicut**, &  
 aliorum Pa-  
 trum hac de-  
 re mentem  
 declarat S.  
 Augustinus.

**IV.**  
 Multo mi-  
 nus ad ope-  
 ra bona mo-  
 ralia exer-  
 cenda requi-  
 riunt gratia  
 habitualis.

**V.**  
 Ceterum est  
 omnia opera  
 infidelium  
 non esse pec-  
 cata.

Et per hæc patet ad ultimum argumentum se-  
 ctione tertia, sine, pro contrariâ sententiâ positum :  
 licet enim nullum bonum opus, ne morale quidem  
 seu pure naturale fieri possit sine cogitatione con-  
 grua, cum ipso facto quod opus ad illam sequatur,  
 sit congrua, seu efficax, negatur tamen Adamum  
 per peccatum omnem cogitationem congruam ad  
 opera naturalia posteris esse demeritum, hæc namque,  
 ut jam ostendimus, sequitur connaturaliter ad  
 beneficium creationis nature rationalis & liberæ,  
 ad aliqua fætem illius opera. Quamvis enim huic  
 homini in particulari hic & nunc non debeatur  
 ejusmodi cogitatio, difficultum tamen est, ut ex  
 tota hominum collectione, uni alicui interdum  
 non contingat, imo & unicuique, ut diximus, ad  
 opera fætem aliqua, quæ sunt juxta inclinationem  
 naturæ rationalis, qualia sunt, ut filius honoret pa-  
 rentem, parens det consilium, aut reprehendat fi-  
 lium, ut quis solvat debitum creditori, det eleemo-  
 synam pauperi, & similia.

Verior itaque est hæc secunda sententia: unde  
 & sancti Patres frequenter distinguit inter opera  
 illa, quæ ex speciali Dei auxilio, seu gratiâ proce-  
 dunt, & conducunt ad salutem eternam, & illa  
 que honesta quidem sunt, istud tamen non habent:  
 sic præter allatos suprà, S. Leo Papa Sermone 7.  
 de Quadragesimâ, de operibus hujusmodi misericor-  
 dia ait: Non sunt fraudanda sua laude, si propter  
 naturæ communicationem siant, sed quia non ex Fidei  
 fonte procedunt, ad premia eterna non pervenient;  
 ideo alia est conditio operum caelestium, alia terrenissimâ.  
 S. item Prosper libro contra Collatorem cap. 36.  
 Etiam post peccatum, inquit, habet homo usum rati-  
 onis, per quam posse facere aliqua opera, que pre-  
 sentem vitam honestare possunt, eternam autem vitam  
 conferre non possunt. Clarius de hoc ipsâ re S. Gre-  
 gorius homiliâ 26. in Evangelia: Sunt, inquit,  
 nonnulli, qui proximum diligunt propter affectum co-  
 gnationis & carnis, quibus in hoc sacra eloquia non con-  
 tradicunt, sed aliud est quod sponte impeditur naturæ,  
 aliud quod ex charitate debetur obedientie, &c. Tandem  
 hoc modo mentem suam & aliorum Patrum explicat S. Augustinus Epist. 95. ubi postquam  
 cum iis admisisset dona, etiam naturalia posse ap-  
 pellari gratiam, Alia tamen, inquit, est gratia,  
 quæ predestinati vocamus, justificamus, glorificamus,  
 ut dicere possumus, si Deus pro nobis, quis contra nos.  
 Deinde addunt: illam verò gratiam quæ creati sumus  
 boni, etiam si ita appellandum non immrito intelligi-  
 mus, mirum est tamen, si ita appellatam in illis legitimi-  
 mis, Propheticis, Evangelicis, Apostolicisque literis legi-  
 mus. Postea in eadem Epistola declarant, gratia  
 nomine se non intelligere nisi eam qua Christiani,  
 & Filii Dei sumus.

Hinc à fortiori sequitur, ad opus bonum mo-  
 rale exercendum non requiri gratiam habitualem,  
 sed homines etiam in peccato mortali existentes  
 posse hujusmodi actus bonos elicere, nec omnes  
 eorum operationes esse peccata, ut volunt hære-  
 tici quidam, ad quorum sententiam accessit Mi-  
 chael Baius, cuius 53. propositio damnata in Bullâ  
 à Pio V. & Gregorio XIII. contra ipsum edita,  
 hæc erat: Omne quod agit peccator, aut servus pecca-  
 ti, peccatum est.

Sequitur secundum, omnia etiam infidelium ope-  
 ra non esse peccata: hoc etiam constat ex Bullâ  
 proximè citata, in qua 26. propositio Baii damnata  
 est, quæ sic habet, Omnia infidelium opera sunt  
 peccata, & Philosophorum virtutes sunt vitia. pro-  
 positio item 28. Liberum arbitrium sine gratia Dei  
 & adjutorio, non nisi ad peccandum valet. Quod si

R. P. Compton Theol. Scholast. Tom. I.

S. Augustinus hoc interdum afferere videatur, be-  
 nignè explicandus est, uno scilicet ex modis suprà  
 sect. 2. assignatis, ne dicatur tantum Doctorem in  
 ejusmodi falsitatem incidisse, imo & sibi esse con-  
 trarium, cum aliquando expressè doceat, opera  
 bona & honesta subinde in infidelibus reperiendi, ut  
 loco citato dictum est.

### SECTIO OCTAVA.

An ad res naturales cognoscendas  
 requiratur gratia.

**P**ER gratiam hoc loco, speciale aliquod Dei  
 auxilium intelligimus, naturæ indebitum, pe-  
 culiare scilicet mentis illuminationem, infulio-  
 nem specierum, aut quid simile, per quod Deus  
 singulari quadam ratione cum hominibus ad veri-  
 tatis aliquas notitiam concurret. Quarimus itaque  
 an hujusmodi aliquo adjutorio indiget humanus  
 intellectus ad veritates naturales cognoscendas,  
 vel utrum cum solo concurso Dei generali ad ea-  
 rum possit scientiam pertingere.

In primis vero non est hic sermo de futuris con-  
 tingentibus: hæc enim, esto quoad entitatem  
 quid merè naturæ sint, sine peculiari tamen Dei  
 revelatione innotescere nulli possunt. Idem est de  
 secretis cordium, quæ nisi ex consensu habentis,  
 vel particulari Dei permissione nequeunt à quo-  
 quam cognosci. Tantudem dici debet de quaun-  
 que veritate Theologicâ, utpote quæ ab altero  
 principio Fidei semper pender, ac proinde nisi per  
 revelationem aliquam cognosci non potest. Ser-  
 mo ergo tantum est de veritatibus pure naturalibus,  
 quæque vel studio & industria propriâ, vel aliorum  
 instructione sunt addiscenda.

Prima sententia affirmat, non posse hominem,  
 præteritum in naturâ lapsâ, ullam omnino veritatem, Negant ali-  
 quantumvis naturalem sine gratiâ consequi: hoc qui posse ve-  
 docere videntur Gregorius & Capreolus. Funda-  
 mentum præcipuum est dictum illud Apostoli 1. ad Corinth. 4. v. 7. Quid habes quod non acceperisti: si gratiâ  
 autem acceperisti, quid gloriaris, quasi non acceperis? Hoc tamum fundamentum nullum est; non enim  
 est dubium, quin quicquid donum sit, non tamen omnia  
 habeamus, illiusque donum sit, non tamen omnia  
 ab eo sunt ut ab auctore gratiæ, sed multa ut ab  
 auctore naturæ, & ex his sunt cognitiones verita-  
 tum quarundam naturalium, ad quas nil opus ut  
 Deus peculiaris, naturæque indebito auxilio con-  
 currat, sed ipso facto quod homini dederit intel-  
 lectum, ceteraque ad naturalem ejus usum neces-  
 saria, poterit homo per se cum solo concurso ge-  
 nerali ad rerum nonnullarum notitiam pervenire:  
 ut jam ostendam.

Dicendum itaque cum sancto Thomâ hic q. 105.  
 art. 1. Bellarmine de gratiâ & libero arbitrio lib. 4.  
 cap. 2. Suario lib. 1. & 2. Tannero hic, Disp. 6.  
 q. 3. d. 1. num. 5. & aliis, quamvis nec omnes quis  
 veritates per se, & sine peculiari & extraordinario  
 Dei concurso cognoscere possit, imo nec ad mul-  
 tarum in particulari scientiarum naturalium noti-  
 tiam plenè pertingere, posse cum tamen multis  
 veritates naturales suis viribus, & sine speciali  
 auxilio scire. Multò minus ad has cognoscendas  
 necessaria est gratia per Christum.

Prima Conclusionis pars facile ostenditur, si vel  
 intellectus humani imbecillitatem, vel brevitatem  
 vita, vel varia quæ perpetuò occurruunt impedi-  
 menta, ac torum hominis conditionem, rerumque  
 suis viribus addiscere.

**I.**  
 Quid hic  
 nomine gra-  
 tia intellegi-  
 tur.

**II.**  
 Non est ser-  
 mo de futu-  
 riæ connin-  
 gentibus,  
 nec secretis  
 cordium.

**III.**  
 Non est ser-  
 mo de veri-  
 tatebus  
 Theologicis.

**IV.**  
 Quid quid  
 boni habet  
 homo est de  
 nunc Dei.

**IV.**  
 Potesit homo  
 ad multarum  
 veritatibus  
 naturalium  
 notitiam  
 viribus per-  
 tingere.

**V.**  
 Rationes  
 varia cur-  
 non possit ha-  
 bitu mo verita-  
 tes omnes  
 naturales  
 suis viribus  
 addiscere.

V u 2

varicta

varietatem, numerum, ac difficultatem consideremus: unde nec ullus hactenus homo inventus est, qui vel ad rerum omnium naturalium, vel unius etiam alicuius scientiae integra notitiam, & non nisi variis admixtis erroribus pervenerit: quod argumento est, humana arte, viribus & industria acquireti hujusmodi cognitionem non posse. Confirmatur: nam inter Philosophos tanquam axioma receptum erat, de singularibus scientiam non esse. Per haec etiam patet secunda pars conclusionis.

**VI.** Neque de natura tantum lapsa ista haec intelligenda sunt, sed etiam de pura, magna saltem ex natura tantum lapsa parte, utpote in qua & morbi fuissent & corporis verum est, ac mentis imbecillitas, occupationes que variae, fedetiam de & in illa verum etiam fuisse, *Corpus quod corruptitur aggravat animam, & terrena inhabitatio deprimit sensum multe cogitantem.*

**VII.** Tertia vero pars assertio probatur: multae siquidem veritates naturales sigillatim sumptae non sunt intellectus humani viribus improportionatae: unde S. Augustinus lib. I. ad Simplicianum q. 2. circa finem ait, non solum bonum ingenium, sed etiam honestas & utilis disciplinas sapientiam ante priam gratiam ab hominibus comparari. Nec contrarius est S. Thomas loco citato, dum ad singulas veritates cognoscendas ait necessarium esse auxilium Dei moventis; per hoc enim auxilium solummodo intelligit S. Doctor concursum generalis, ut ait Cajetanus ibi, & interpres plerumque affirmant, atque ex eius discursu aperte constat, de illo siquidem auxilio loquitur, quo causa secundae indigent ex dependentia quam habent a prima, & ex ordine quem, ut entia per participationem sunt, dicunt ad ens increatum, a quo, ut in esse, ita & in operari essentialiter dependent.

**VIII.** Quarta denique pars conclusionis, quod scilicet ad veritates quasdam naturales addiscendas, non sit necessaria gratia per Christum probatur: Christus enim ut recte Vasquez I. 2. d. 188. cap. 2. num. 8. non est mortuus ut aliquis esset mathematicus, aut musicus. Deinde multae sunt veritates naturales, quae non conducent ad salutem: quid enim ad vitam eternam confert scire quot grana hordeacea, aut arenula terram inter & sphera lunae interjici possint, quoties sol in magnitudine superet formican, quanto tempore lapidis molaris a celo in terram decideret, aut tefudo ad celum ascenderet, & id genus alia, in quibus sudant mathematici, ac infinitis se fatigant calculationibus.

**IX.** Dices: homini per peccatum inflatum est vulnus ignorantiae, ut post S. Augustinum lib. I. retract. cap. 9. & lib. 22. de civitate Dei cap. 22. & Bedam Lucæ 10. affirmit S. Thomas hic, q. 85. art. 3. ergo ex natura imbecillitate impar est ad veritates qualcumque, etiam naturales cognoscendas. Negatur tamen consequentia; vulnus namque ignorantiae in ordine tantum ad veritates supernaturales contractum est, non in ordine ad naturales, cum naturales nostræ vires nec ad operandum, nec cognoscendum per peccatum primi parentis quidquam sint immunitæ, sed eadem jam planè sunt, quæ fuissent in pura natura, ut ostendi Disp. precedente, sect. secundâ.

Hæc quæ diximus, non de veritatum tantum speculativarum cognitione intelligenda sunt, sed etiam practicarum: unde cognitiones honestæ de objectis bonis naturalibus possunt ut plurimum naturæ viribus, & sine gratia, seu extraor-

dinario Dei adjutorio haberi, eodem modo quo supradiximus de veritatibus speculativis. Hoc sufficienter probatur ex Divo Paulo cap. 2. ad Romanos dicente, gentes naturaliter ea quæ legis sunt facere; ergo ea cognoscunt, habentque conscientiam, seu dictamen practicum haec esse facienda. Et sanè ipsum natura lumen dictat non esse hominem innocentem occidendum, alienum non esse auferendum, honorandos esse parentes, & familia, ad quæ proinde addiscenda, non est opus speciali Dei concursu. Quando ergo S. Paulus 2. ad Corinthios 3. vers. 5. ait, *Non sumus sufficietes cogitare aliquid ex nobis quasi ex nobis, &c.* loquitur de cogitatione sancta, seu prout oportet ad salutem.

Objicies Canonem quartum Concilii Milevitanum secundi, ubi dicitur gratiam Dei per Christum nos adjuvare, ut per ipsam sciamus, quid appetere, quid vitare debeamus: *Cum sit, inquit, utrumque donum Dei & sive quid facere debeamus, & diligere ut faciamus.* Respondet loqui hoc Concilium de cognitione supernaturali, qua ad opera supernaturalia iustitia exercenda requiritur tanquam illi proportionata: sanctus est enim hic canon, ut constat, contra Pelagianos, qui haec negabant, solaque opera naturalia tam intellectus quam voluntatis, ad salutem consequendam sufficerent affirabant.

Urgebis: Concilium hoc loco requirit gratiam ad scientiam illam, qua inflat, atque hanc esse donum Dei; ergo loquitur de scientia naturali ac veritatum naturalium, scientia namque supernaturalis non inflat, sed edificat potius, cum ad virtutis exercitationem requiratur, & salutem consequendam. Respondet scientiam supernaturalis posse, non directe & formaliter, sed occasionaliter inflare, multi siquidem ex ipsis etiam donis supernaturalibus occasionem capiunt superbiendi, sequente inde extollendi, unde submittere debebant, ut Lucifer contigit: scientia ergo est donum Dei, elatio inde secuta vitium nostrum

## SECTIO NONA.

*Quæ gratia requiratur ad assensum naturalis articulis Fidei supernaturalibus præbendum.*

**O**BIECTUM supernaturale est duplex, quoad substantiam, & quoad modum: De hoc secundo, cum in entitate sit quid naturale, ut visus ex eo restitutus, & similia, minor est difficultas; sic demones unionem inter animam & corpus cognoscebat eorum, qui à Christo ad vitam fuerint resuscitati, & alia hujusmodi. Sermo itaque est solummodo de objectis supernaturalibus quoad substantiam, quale est mysterium Trinitatis, Incarnationis, &c. & de his quæramus, utrum assensu mere naturali, & sine auxilio gratia cognosci aliquo modo possint.

Exstimo, cum Bellarmine lib. 6. de Gratia, cap. 10. ubi alios citat, Molina in Concordiâ, d. 7. Cajetano & aliis, homines sine omni alia gratia præterquam legi & doctrina, seu auditu externi Evangelii prædicatione a seipso posse notitiam aliquam mysteriorum supernaturalium, & assensum naturalem præbere articulis prædicatis. Probatur: Judæi quippe, & modo heretici credunt multos ex articulis nostræ Fidei: Judæi siquidem ex majorum

Multæ veritatis prædictæ capiuntur naturæ lumen innotescat.

Quo sensu Concilium Milevitanum requirat gratiam ad cognitionem veritatis.

XI. Dona supernaturalia interdum sunt operis operacionibus.

II. Cum ista gratia legi & doctrina possint alia quæris supernaturalia.

## De gratia ad Fidei articulos cognoscendos necessaria. Sect. IX. 509

*Iudici & hæretici veritatem multas Fidei articibus naturalibus credunt.*

majorum suorum traditione credunt vetus Testamentum esse verum Dei verbum, veraque omnia quae in eo continentur. Hæretici etiam haec eadem credunt quæ Judæi, multisque alias veritates Fidei ex quoquaque demum motivo id praestent, licet aliquas credere nolint: hæretici ergo isthac sine auxilio gratiae credunt, nam eodem modo ad hæc atque ad suos errores credendos inducuntur; ergo æquæ naturaliter, quod etiam contingit Catholicis, si quando alicui ex Fidei articulis assersum præbent ob auctoritatem parentum. Nec mirum est quod hæc mysteria, licet valde sublimia possit quis naturaliter ob testimonium humanum credere, cum gentiles res apprimè difficiles, & portenta maxima, induci majorum, auctoritate crediderint.

**III.** Dices primò: si viribus naturæ possit quis mysterium aliquod Fidei credere; ergo initium salutis potest esse ab homine, cum is per se facere aliquid valeat, conducens ad vitam æternam. Respondetur nihil esse in hoc incommodi, ut quis viribus naturæ aliquid praestet, quod indirectè & per accidens, seu removendo prohibens, ad salutem conductat, aut per modum alicujus ad gratiam & actus bonos physicè requisiti; sic enim negare nemo potest, quin natura rationalis & rationis usus ad hæc requiratur: bonum etiam ingenium ad res Fidei & alia ad salutem conducentia faciliter percipienda plurimum confert: Sic S. Augustinus de bono perseverantie: *Habent, inquit, aliqui in ipso ingenio divinum naturaliter munus intelligentie, quo moveantur ad Fidem, si congrua suis membris, vel audiant verba, vel signa conspiciant.*

**IV.** Sicut ergo hoc principium physicum, ipsumque etiam temperamenti naturale juvant ad melius utendum gratiæ, minùsque ei resistendum, idem sine præjudicio gratia bonis operibus tribui potest, & his articibus Fidei naturalibus per auctoritatem humanam habitis; juvant siquidem, ut dixi, ad gratiam solummodo per accidens, & per modum removendo prohibens, quo sensu S. Augustinus lib. 1. ad Simplicianum quæst. 2. ait: *Ingenium, honestas disciplinas, & minoria peccata conducere ad operationem gratie.* Quod autem contra Semipelagianos negant Patres est, aliquid naturale per se, ac directè ad gratiam conferre, vel per modum alicujus physici, cui naturali sequela debetur gratia, vel sit tanquam imperatorium aliquod morale, quodque per modum alicujus meriti moveat Deum ad gratiam conferendam: quæ de re loquuntur S. Augustinus lib. 4. contra duas Epistolas Pelagianorum sic habet: *Quod dicunt gratiam adjuvare unusquisque bonum propositum, sine scrupulo accipietur tanquam catholicæ dictum, si non in bono proposito meritum ponenter; & ad hoc idem facit locus illæ Epist. 105. suprà citatus.*

**V.** Juvat itaque Fides hæc naturalis & acquisita ad salutem indirectè, quatenus nimisrum conductit ad Fidem infusam; faciliter namque articulos hoc se credit ob auctoritatem divinam, qui eodem jam ante creditur ob humanam, minùsque difficulter convertitur hæreticus, qui in omnibus articulis, uno vel altero excepto, nobiscum convenit, quoquaque demum modo illos credit, vel qui non habet contrarios errores, quæ qui errat in multis: sicut multi gradus caloris in subjectum vacuum faciliter inducuntur, quæ in subjectum jam à contrariis gradibus frigoris possunt. Ultimum autem quando fuit pertinacia in contrariis erroribus, non requiratur etiam ad Fidem naturalem & acquisitam peculiare aliquod auxilium

R.P. Comptoni Theol. Scholast. Tom. I.

internum majus quam per prædicationem & occasiones externas, haberi naturaliter possit, dicetur infra.

Dices secundò: bona opera naturalia possunt de congruo mereri Fidem ipsam supernaturalem; ergo & Fides naturalis mereri similiter poterit supernaturalem & consequenter conducere ad salutem: patet consequentia: si enim aliis articibus naturalibus bonis hoc tribui possit, quidni tribuitur etiam Fidei? Antecedens itaque probatur primò: nam alioqui sequeretur non esse in potestate hominis infidelis consequi salutem animæ; nec enim alio modo id praestare valet quam disponendo se ad Fidem, neque alia ratione disponere se potest, quam bona opera moralia exercendo: si ergo hæc opera ad Fidem non conducant, nec ad salutem, non est in potestate infidelis salvare.

Secundò probatur idem antecedens quibusdam exemplis, per qua ostendit videtur intuitu operum quorundam bonorum, nonnullos de facto Fidem & salutem obtinuisse. Sic in Martyrologio Romano 20. Julii, de S. Basiliode refertur, quod cum sanctam virginem Potamienam, quam cum aliis satellitibus ad martyrium ducebat, defendisset a quorundam sceleratorum hominum petulantia, sancta Potamiena post triduum ei apparens, cum ad Fidem convertit, sicutque in præmium illius operis boni moralis, in infidelitate facti, & salutem & martyrii palmam obtinuit.

Simile quiddam refert Baronius de virgine quadam nondum Christianâ, quæ cum in hominem incidisset, qui ob ea alienum contractum, cui non erat solvendo, laqueo vitam finire statuerat, ut creditorum importunitatem, quam vivus non poterat, morte saltem effugeret, omnes facultates suas eidem elargita est per qua creditoribus satisfaceret: ob quod opus misericordia, multis annis iam clapsis, & post vitam etiam luxuriosè actam, dolorem peccatorum, baptismum, & salutem obtinuit. Imo & in divinis Literis habemus Daniëlem Regi Nabucodonosor fiasisse, ut eleemosynis peccata redimeret; ergo opera etiam naturalia & in infidelitate facta ad peccatorum remissionem & salutem conferunt. Hoc argumentum petit Sectionem sequentem; ei vero satisfiet Sect. 12. fine.

### SECTIO DECIMA.

*Dubium incident: utrum opus bonum naturale conducat ad vitam eternam.*

**H**ÆC quæstio propriè ad materiam de merito pertinet, ubi latè disputant Theologi utrum supernaturalitas actus sit conditio ad meritum effientialiter requisita. Quia tamen non parvam habet materiam de merito, cum præsenti difficultate connexionem, hic eam expediemus: infra tamen Disp. 12. Sect. 8. iterum de eâ redibit sermo.

Prima itaque sententia est, opera merè in entitate naturalia, non negativè tantum, seu removendo prohibens, ut jam dictum est, sed positivè etiam & per se, in genere causæ propriè dispositivæ conferre ad vitam eternam: ita S. Thomas in 2. d. 28. art. 4. & d. 5. q. 2. art. 1. ad quam sententiam multum propendere videtur Cajetanus in 1. opusculorum, tract. 4. q. 1. Durandus, & alii,

Vu 3

Valquez

**VI.**  
Dicas posse bona opera naturalia mereri Fidem supernaturalem de congruo.

**VII.**  
S. Basiliode per opus bonum morale fidem & salutem videtur acquisire viisse.

**VIII.**  
Alio exempla quibus ostendit, opera merè naturalia directè conducere ad salutem.

# Disp. CXIII. De necessitate gratiae. Sect. X.

TOMVS I. 510

Vasquez 1. 2. d. 190. cap. 9. multos  
ex sanctis Patribus: de quibus infra.

etiam

**III.**  
*Duplici via à nonnullis defenditur posse opus omnino naturale conducere ad vitam aeternam.*

Duo modis intelligi potest hæc sententia: primò, ut sermo sit de actibus ita usqueaque naturalibus, ut nulla in illis eliciendis intercedat gratia per Christum, sive ordinis naturalis, sive supernaturalis, sed solis arbitrii viribus fiant, quo sensu hanc opinionem docet Durandus & Cajetanus, imò & S. Thomas locis jam citatis. Primâ 2. tamen q. 109. art. 6. mutavit sententiam, & meritò, alioqui sequeretur initium salutis esse purè à nobis, qui fuit error Massilienum. Secundo itaqmodo sententiam hanc defendit Pater Vasquez, nempe ita, ut licet actus hosce dicat esse ordinis quoad substantiam naturalis, affirmet nihilominus, ad eos necessariam esse aliquam gratiam per Christum, quam, ut suprà vidimus, requirit ad omnem actum moralem. Idem tenere videtur Coninck d. 14. de fide, dub. 6.

**IV.**  
*Secunda sententia negat ullum ordinis naturalis conducere per modum meritii ad vitam aeternam, nec ita, ut positivè det initium salutis: ita Suarez lib. 2. de praedestinatione, cap. 7. & 19. & hic, lib. 1. cap. 31. & 33. Molina & alii ex recentioribus.*

**V.**  
*Sermo est de actibus naturale, & supernaturale, per concursum generalem, sive per auxilium aliquod speciale, ordinis tamen naturalis, de his, inquam, inquirimus utrum conferant meritorie ad Fidem, gratiam, & salutem obtinendam; si enim hi actus eliciantur ex imperio aliquo supernaturali, alio modo de iis philosophandum est, ut videbimus. Si quando vero ex peculiari Dei providentiâ detur speciale aliquod auxilium ob merita Christi, ad actus aliquos bonos elicendos, aut ad peccata in particularibus quibusdam circumstantiis vitanda, vocari illud potest gratia per Christum, non tamen propriè gratia sancte inspirationis, & quemad ad justificationem & meritum requirunt Concilia & Patres, sed protectionis tantum externæ, sicut est ut puer statim moriturus nascatur prope fontem, & alia hujusmodi.*

**VI.**  
*Non omnis gratia per Christum est gratia sancte inspirationis.*

**VI.**  
*Opera merita naturalia non conserunt directè ad salutem.*

**VII.**  
*Distinguunt semper Patres inter opera naturalia, & illa que conserunt ad consequendam salutem.*

**Duo munera**  
**rum genera**  
**filiis suis cō-**  
**stitutis abra-**  
**hamna.**

His positis existimo cum auctoribus secundæ sententiaz, licet opera in entitate naturalia, seu virtutis acquisitia, conducere indirectè & per accidens possint ad vitam aeternam, removendo scilicet prohibens, habitus nimis & actus pravos, qui veræ virtutis operationem impediunt, juxta jam dicta, existimo, inquam, ea positivè ac directè, & per modum meritii, ad gratiam & salutem nunquam conferre.

Prima pars Conclusionis probata est fact. precedente, cum de actu naturali Fidei. Secunda vero pars probatur primò auctoritate Patrum, ubique distinguentium inter opera bona naturalia & opera pietatis Christianæ, seu per se conducentia ad salutem, quorum testimonia adducta sunt suprà: quibus addo id quod habet S. Augustinus lib. de patientia cap. 27. & 28. ubi loquens de haeretico vel schismatiko tormenta & mortem ipsam patiente ne negat Christi divinitatem, inquit num illa patientia sit donum Dei, & respondet esse, licet non ex iis, quæ sunt propriè dona fidelium, vel filiorum celestis illius Hierusalem, quæ est mater nostra, seu, quod eodem recedit, non esse ex iis donis, quæ conductunt ad salutem, nosque ad patriam nostram cœlestem perducendos. Quam diversitatem actuum ulterius explicat S. Augustinus exemplo Abrahæ, qui duobus filiis, quorum unus ex matre liberâ na-

tus est, alter ex ancillâ, diversi generis munera largitus est; priori namque dedit hereditatem, alteri munera alia ab hereditate diversa: sic, inquit, S. Augustinus, operibus gratia dat Deus hereditatem, seu gloriam & salutem, aliis autem, quæ naturalia sunt, & quamvis bona, non tamen ex gratia simpliciter facta, non dat salutem & hereditatem, sed ad summum inferiora quædam munera, naturalia scilicet, & operibus quibus dantur proportionata. Quibus verbis clarissimè Divus Augustinus differentiam tradit inter opera naturalia & supernaturalia, illaque nullam habere ait proportionem cum salute, & præmiis supernaturalibus, sed in linea planè diversâ constituit.

## SECTIO UNDECIMA.

*Vtterius ostenditur opera bona naturalia ad salutem non conferre.*

**H**æc veritas probatur secundò: in Scripturâ siquidem & Conciliis manifesta traditur differentia inter actus naturales & supernaturales, in ordine ad salutem & meritum præmii supernaturalis; hoc enim sensu dicit Apostolus 2. ad Corinthios 3. v. 5. Non quod sufficiens simus cogitare aliquid à nobis quasi ex nobis, sed sufficiens nostra ex Deo est, quod de operibus ad salutem conducentibus intelligi debere ostensum est suprà. Sic Concilium Araucanicum can. 7. ait, neminem quidquam boni per naturæ vigorem præstare, aut cogitare posse, ut expedit, seu quod ad salutem pertinet vita aeterna: & can. 6. damnat eos qui gratiam subjungunt humilitati, aut obedientiæ humanae. Clarius Concilium Tridentinum sess. 6. can. 3. hac de re ait: Neminem sine preventione Spiritus sancti inspiratione, atque ejus adjutorio posse credere, sperare diligere, aut pantere (non quomodoconque) sed oportet ut ei justificationis gratia conferatur: ubi illa vox prout oportet ad salutem & similes arguunt possiles esse alios actus fidei, humilitatis, obedientiæ, penitentiæ &c. viribus naturæ clicitos, qui quantumvis boni sint & honesti, non tamen sunt tales, quales sint oportet, ut ad salutem conseruant, nempe supernaturales.

Dices ideo hos actus non fieri sicut oportet, non quod non sint altioris ordinis, sed quod non eodem modo eliciantur, actus quippe qui sunt sicut oportet, & conducunt ad vitam aeternam, sunt ex gratia & concurso extraordinario Dei, alii vero mere naturaliter, & per concursum generalem. Sed contra: actus enim isti live cum gratia sive sine gratia eliciantur, sunt eiusdem valoris: si ergo sunt improportionati respectu præmii supernaturalis, quando sunt sine gratia, erunt similiter improportionati quando sunt ex illa, & consequenter non merebuntur majus præmium. Sicut equus aut gemma non essent majoris pretii, ex eo præcisè quod à Deo extraordinario modo, ac miraculose producerentur, nisi maiorem aliquam virtutem iis properet aut excellentiam inderet, quemad hinc supponimus in actus quoad substantiam naturales, per auxilium tamen extraordinarium elicitos, non transfundit. Imò potius plus, ceteris paribus, mereri videtur is qui per concursum tantum ordinarium hujuscmodi actus elicit; cum ceteris paribus, laude ille magis dignus sit, qui in operando minus jugatur,

Dices

*hypostaticam,  
actus tam  
naturalis  
non potest  
mereri quid  
supernatura  
rale.*

**III.** *Dices secundò: actus in substantiâ naturales, qui ad salutem conducunt, illos tantum esse, qui sunt eximis perfectionis, ratione cuius auxilium peculiare postulant, & majus eo, quod actus alii naturales minoris perfectionis, requirunt. Contrà primò: illi enim actus, quantumcunque perfecti, sunt tamen in substantiâ naturales, & consequenter hominem ad superiorum finem nullo modo elevant, ergo ob eandem rationem, nec de congruo mereri possunt gratiam, ne quidem remorè; mereri enim aliquid remotè, est mereri aliud, quod proximam cum illo habet connexionem, sed actus hi naturales nil tale mereri possunt proximè; illud siquidem vel est naturale, vel supernaturale, non secundum, ob rationem jam positam; quicquid enim est supernaturale est quid superioris ordinis, sicut gratia, & elevans ad finem supernaturalem, ergo actus naturalis est illi improprio, & consequenter elevare ad talen finem nequit. Si vero id quod meretur immediate sit naturale, reddit eadem difficultas de illo ac de ipso actu, qui illud meretur.*

**IV.** *Contrà secundò: actus namque omnes naturales sunt ejusdem rationis, solumq; differunt secundum magis & minus in eodem ordine, ac proinde gratis dicitur unum disponere ad gratiam, alium nihil omnino ad eam conferre. Contrà tertio: si enim hi actus sint in entitate simpliciter naturales, ergo datur in naturâ principium illorum simpliciter elicivum, sicut aliquando possent viribus liberi arbitrii exerceri: si namque per se ac semper, & ex sua specie elici nonnullam possint in illis circumstantiis sine concurso speciali, ipso facto vindicentur esse actus supernaturales. Contrà quartò: actus quippe naturales quantumcunque excellentes, in purâ naturâ eliciti, nihil ad vitam aeternam conducerent, ergo nec modo; tunc enim tanti fuissent valoris, ac jam sunt. Nec refert quod Deus modo naturam nostram ad statum altioreum elevaverit, seu per Christi gratiam ad vitam aeternam, & finem supernaturalem ordinaverit, hoc siquidem nullum valorem aut praestantium in actus transfundit. Unde Deus alios actus, supernaturales nimis, huius fini proportionatos ad illius aerationem providit.*

**V.** *Acceptatio divina non facit actus in se digniores premio. Nec satisfacit, si dicat quis Deum modò hos actus acceptare: primò enim nullum est fundamentum hoc dicendi, imò ex Scripturâ & Concilii magnum, ut vidimus, habemus fundamentum dicendi contrarium. Deinde acceptatio divina, ut jam diximus in simili, nullam iis induit praestantium, nec facit actus naturales digniores premio, aliqui si actus quantumcunque naturalem, etiam minime perfectum acceptaret, mereretur gratiam de congruo, idque licet meritis naturae viribus & absque ullo concurso extraordinario elicetur.*

## SECTIO DUODECIMA.

*Argumenta contendentia actus naturales per se conferre ad salutem.*

*Res natura  
les & super  
naturales  
tendunt ad  
duos fines  
disparatos.*

*Dices: opera  
naturalia  
et si non suf  
ficiant ad  
meritum de  
código pre  
mii superna  
turalis suffi  
cient tam  
an meritum  
de congruo.*

*III.*  
*Resp. Cum  
sunt hac di  
versi ordi  
nis, non pos  
sunt uile  
modo in ra  
tione meriti  
& premii  
convenire.*

*Dices: Actus  
naturales  
aque retrah  
stant pecca  
tum, ac su  
pernatura  
les.*

*IV.*  
*Resp. Hoc se  
lum probare.  
actus nat  
urales condu  
cent indire  
ctè ad gra  
tia, non di  
rectè, & per  
modum me  
riti.*

*V.*

**I.** *Biicies primò cum Vasquez d. illâ 190. non requiri ejusmodi proportionem, quam nos afferimus, potest siquidem quis per actus quantumcunque supernaturales, etiam minima perfectionis, mereri de congruo unionem hypostaticam, & tamen multò major videtur improprio inter*

unionem hypostaticam, & opus ejusmodi supernaliter, quam inter actum naturalem & gratiam. Respondetur quidquid sit de entitativâ & physica diversitate ac distantia inter unionem & gratiam habitualē, vel actum quemcunque supernaturalem, in hoc tamen convenient, quod utraque sunt ejusdem ordinis, nempe supernaturalis, & tendant ad participationem Dei, suumque subjectum ad eundem finem disponant, nempe visionem beatam. Res vero naturales & supernaturales tendunt ad duos fines disparatos, sicut nullam inter se habent subordinationem. Sunt itaque res naturales & supernaturales sicut duæ linea rectæ parallelae que licet in infinitum protendantur, nunquam in idem punctum coenant, cum tendant in duos fines diversos. Sicut ergo duo homines, qui in his lineis incederent, nunquam in eodem punto convenirent, ita nec qui incederent in una linea rerum naturalium, & alia supernaturalium, cum similiter tendant ad duos fines penitus diversos.

*Objicies secundò: licet opera bona naturalia non habeant aequalitatem cum præmio supernaturali, hinc tamen ad summum sequitur, non mereri illud de condigno; ad meritum enim de congruo non requiri talis proportio, sed propatio tantum congruitatis, qualis esse videtur in opere bono naturali, præsertim eximio, ut si quis omnia bona sua alteri largiceret ad servandam ejus vitam, ut supra sect. 9. fine, vidimus in illâ virginem continguisse.*

*Respondetur: licet congruitas non sit condignitas, & consequenter non requirat aequalitatem cum præmio, est tamen aliquis valor, ratione cuius præmians censetur prudenter ab illo opere exhibito moveri ad præmium illud, intuitu hujus dampnum; spectatio etiam circumstantiis personarum & alii hujusmodi: sicut enim (ut bene advertunt aliqui) si operatio bruti esset præmialis, non postularer nisi bonum proportionatum bruto, & opus puerile solum exigeret præmium proportionatum puer, ita opus hominis naturalis, ut ita dicam, seu ex viribus arbitrii operantis, non habet proportionem nisi cum bono, quod convenit homini in statu naturali: & sicut non habet proportionem cum præmio ordinis Angelici, ita à fortiori non habet cum præmio ordinis divini. Hec vero omnia fundantur in naturâ præmii; licet enim possit quis liberaliter alteri dare quidquid ipsi placuerit, vel absolutè, vel intuitu operis ab alio exhibiti, si tamen det instar præmii, aliqua semper requiritur proportio.*

*Objicies tertio: ponamus aliquem per actus naturales credere, penitente, & similia, jam ablata est ab illo pertinacia, infidelitas ac durities, non minus quam in alio, qui supernaturaliter credit, & ateritur, manens nihilominus in peccato habituali, sicut præcedens, ergo actus naturales plurimum conducunt ad salutem, cum non minus emollient cor, quam supernaturales.*

*Respondetur, actus naturales conducere etiam ad salutem physicè, non tamen moraliter, seu per modum meriti, ad hoc namque juxta Concilia superi citata debet quis credere, sperare, penitente, &c. non quomodo quantumcunque, sed sicut oportet, per quæ verba aperta statuunt differentiam inter actus naturales & supernaturales, & hos innuunt longè alio modo ad salutem concurrere quam illos, actus ergo naturales, eti non concurrant ad fidem & salutem, vel tanquam morale quoddam impetratorum, vel etiam tanquam physicum aliquod principium, cui naturali quadam sequela debeatur*

*V u 4 gratia,*

gratia, conducunt tamen physicè indirectè, ut jam diximus. Sicut tamen Patres sine prejudicio gratiae admittunt physicum principium naturale per modum comprincipii partialis actuum supernaturalium, & temperamentum naturale conducere aiunt ad melius utendum gratia, vel ad minus ei resistendum, ita sine prejudicio ejusdem gratiae tribui hoc poterit indirectè operibus naturalibus.

## VI.

Dicet: affi-  
rant sancti  
Patres opera  
naturalia  
conducere  
ad salutem.

Dum pre-  
gratiā con-  
tra Pelagiū  
disputant  
Patres, na-  
turam in-  
terdum cum  
exaggera-  
tione depri-  
munt.

Cur opera  
naturalia  
vocabant Pa-  
tres carna-  
lia.

Objicies quartò auctoritatem Patrum, qui sapè affirmare videntur opera, etiam naturalia, conducere ad salutem, ita enim loquitur S. Augustinus, Prosper, Fulgentius, & alii, dicentes omnia opera hominum vel esse vere pietatis seu conducentia ad salutem, vel carnalia, & damnationis ac poenæ. Sic exp̄ress̄e S. Prosper contra Collatorem cap. 9. *Quid, inquit, ei remanet (nempe homini lapsō) nisi quod ad temporalem pertinet vitam, qua tota damnationis est & pena.* Respondetur mentem Patrum hac in parte sufficienter constare ex dictis supr̄a. Verū quidem est, dum pro gratiā contra Pelagium & Semipelagianos, qui nimium extollēbant naturam, disputant, ipsi econtrario cam deprimit, idque interdum non sine exaggeratione quadam: quo etiam modo opera moralia vocant carnalia, non quod in iis semper putent homines peccare, aliquo contra Vafquez, ut supr̄a etiam notavi, non possint dari actus indifferentes: imò sapè insinuant operationes istas, quas homo mere habet à naturā, quales juxta eundem sanctum Prosperum loco citato sunt recte instituere in multis vitam præsentem, gubernare rempublicam &c. esse honestas & utilis. Vocant verò subinde istiusmodi opera carnalia per exaggerationem, quia scilicet nihil conferunt ad salutem, sed solum adotionem boni aliquis temporalis respiciunt ad vitam humanam spectantis. Quando autem dicunt illa opera esse damnationis & poenæ, intelligi possunt aliquo ex modis supr̄a lect. 2. positū, & quod homo libi relictus, quam-

vis istiusmodi opera exerceat, in damnationis tamē & poenæ statum tandem incidet.

Per hæc ergo patet ad ea, quæ in fine sectio- VII.  
nis non obiciebantur: ad primum enim dico in Qua ratio-  
potestate infidelis esse salvari hoc sensu, si nimi- ne sit in po-  
rum non ponat impedimenta salutis; Deus nam- tellate infi-  
que, facient quod in se est non denegat gratia. Po- delis salvata  
test itaque infidelis, non quidem posse dis- ponere ad gratiam, seu ponendo dispositi nem, vel physicè vel moraliter illam exigentem, sed ne- Potest infi-  
gative, obicem scilicet gratia vel illuminationis delis se ne-  
divinæ non ponendo, si enim legem naturalem gratiæ ad  
servet, quantum moraliter potest, & non ponat nova peccata, Deus ipsi gratiam largietur.

Ad illud de sancto Basiliode respondeo, nihil ipsum supernaturale per opus illud in infidelitate factum meruisse, gratiam proinde intuitu meritorum S. Potamienæ, qua pro ipso oraverat acceptissime: sicque conversio Basilidis præmium fuit, non facti ipsius, sed collata ei fuit ob intercessio- nem S. Potamienæ.

Circa Virginem illam necdum Christianam, IR.  
omnia bona sua alteri ex misericordia largientem Quid de Vir-  
dico, illam tunc, licet necdum baptizata fuerit, gine illâ di-  
quâ de causâ dicitur tunc non fuisse Christiana, cendum que  
non tamen fuisse infidelem, ut ex ipsâ historiâ effet Christi-  
colligitur: hoc enim opus misericordia in homi- stiana, bona  
nem illum exercuisse dicitur ne is perderetur. tamen sua  
Deinde in ultimâ ægritudine non dicitur illumi- omnia altera-  
nata ad fidem, sed spiritu compunctionis mo- ri ex mis-  
ticordia largia.  
ri, & inde desiderante baptismum. Tandem  
quoad hæc & alia exempla dici posset Deum sub-  
inde occulto, sed non injusto judicio peculiari-  
cum quibusdam uti liberalitate & misericordia ob-  
causas divinae sapientiae notas. Ad postremum De regno  
illud de rege Nabuchodonosor cui suavit Daniel, buchodonos-  
ur eleemosynis peccata redimeret, solum ordinari-  
ri hoc videtur ad poenam temporalem, Deique  
indignationem jam illi impendentem, avertendam.

DISPV.